deciſ. Peruſ.19.& Bertaz.conſil.27.& in conſil.449.num.31. ubi declarat dictam doctrinam Bart.in l.Aurelius, ff.de liber. leg.& an probetur homicidium per huiuſmodi confeſſionem qualificatam, vbi alijs modis probari poſſit, Maſcard.de probat.concluſ.687.vbi latiſſimè de hac quæſtione habetur.

&7.& conſ.45.num.1.quid ſi negauit Vulpell.conſ.69. nu.4. confeſſio qualificata prodeſt ad euitandum pœnam ordinariam, Farin.d.q.81.& cap.4.num 120. *Roſ.*

Fortè poſſet hæc exceptio.] Adde uidendum circa doctrinã
45 Abbatis, Menoch.de arbitr.iudic.caſu 279.Gramm.uot.24. num.2.Gabriel. commu. concluſ.19. numer.7. Tiraquel. de pœnis temper. caſu 27. & Ioann. Petr. Anchar.lib.1.quæſt. fam. quæſt.40.num.3. & dicta doctrina procedit, quoquomodo ſit facta confeſſio, ſecundum Bertazz. conſ.449.numer.30.& in conſ. 450. vbi latè de hac quæſt. *Baiard.*

42 Item adde, † quod vbi agitur de pœna conuentionali de non ofendendo, confitens ſe uulneraſſe ad ſui defenſionem, nõ tenetur probare qualitatem, & de tregua, ſeu pace rupta non poteſt cõdemnari, tam quo ad pœnam parti applicandam, quam fiſco, niſi contra eũ præſumptiones, & coniecturæ extarent, quod nõ feciſſet ad ſui defenſam, ad latè tradita per Hercul. in tractat. de caut.de non offend. capit. 30. per totum.

43 Idem adde, quod † cõfitens delictum ſimpliciter, non dicitur confiteri qualitates, Bart.& Bald. in l.ſi cui, §.ſi à filio, ff. de leg. 1.& Brun. in conſ. feud.69.uolum.2. uerſ.2. moueor in fin.& Iaſ. in d.l.ſi cui, §.fin. num. 10. cum ſeq.dicit, † reſpon-
44 ſio indefinita in criminalib.debet intelligi ſecundum præcedentem interrogationem, & ibi atteſtatur de cõmuni. *Baiar.*

iuxta[a] *doctrinam Bartol. in l. Aurelius, §. ideo quæſiuit, num.2.*[b] *ff. de lib.lega. cuius opin. communiter per Doctores approbatur, vt demoſtraui loquendo de cauſis ciuilibus infra lib. proximo. Sed certè hæc defenſio eſſet valdè periculoſa; nam vbicunque confitens habet præſumptionem contra ſe, eo caſu poteſt eius confeſſio pro parte acceptari, & pro parte ſperni, vt dicit Bartol. in loco præallegat. vbi refert, quod homicida, qui confeſſus eſt hominẽ occidiſſe ad ſui defenſionem, habetur perinde ac ſi confeſſus fuiſſet ſimpliciter homicidium ſine illa qualitate, niſi deinde illã probet, & poteſt ex tali confeſſione condemnari. Et hanc deci. Bart. dicit eſſe cõmuniter approbatam Iaſ. in l. vt vim, numer.13. ff. de iuſt.& iure, quem refert Boſſ. in titul. de confeſſis, poſt numer.19. & Menchiaca libr. 5. de teſti. §. 23.num.23. Thomas Ferrant. caut.5.colum.1.& 2.& Petr. Calepatus inter conſil. criminalia diuerſorum conſilio 88. numer.2. lib.2. Et dicit Prac. Carrer. fol.413. numer. 163. & ſeq. quod ita communiter concluditur. Hanc etiam opinio. dicit eſſe communem Boer. deciſ.164. poſt num.10. Alciat. in leg.1.§. ſi quis ſimpliciter, numer.76. ff. de verb. oblig. Berous in capitul. atſi clerici numer.73. & ſeq. de iud. Simancas de hæret. capit. 63.numer.23. Blanc. in pract. crimin. fol.194.numer.35. & ſeq. vbi dicit, quod in hoc reſident communiter Doctores Menchiaca controuerſ. illuſt. capit.8.num.8. Et dicit. Ang. de maleſic. in verbo, Comparent dicti inquiſiti, & partim negant, poſt princ. quod vidit hanc opi. Bart. in practica ſeruari. Ex his vides, quod Marſ. conſ.136. num.31.& nu. 44. vbi dicit, quod opi. cõtra Bart. eſt magis cõmunis, & valdè fallitur; & ideo non recedas in pract. ab opinione Bart. quæ proculdubio, & cõmunis Doctorum conſenſu, & conſuetudine eſt magis approbata.*

Fortè poſſet hæc exceptio ipſi reo prodeſſe quo ad hoc,
1 *vt mitiori pœna afficeretur, multi enim tenuerunt, quod licet reus poſſit ex tali confeſſione condemnari, non tamen poterit condemnari*[e] *ad pœnam mortis, & fuit dictum originale*[f] *Abb. in capit. auditis, numer.32. de præſcrip. quod dicit eſſe communẽ Boſſ. in tit. de confeſ. numer.20. & ſeq. Et dicit Pract. Carrer. in loco præalleg. num.167. quod ita communiter concluditur. Dicit etiam Gramm. conſ.69. in fin. quod ita ſemper fuit in practica obſeruatum, prout etiam idem atteſtatur ſuper conſtitut. Regni, folio 16. columm.1. Et ita reperio, quod in facti contingentia Prorex Neapol. condemnauit ad triremes perpetuo quendam, qui confeſſus fuerat alium occidiſſe ad ſui defenſionem, & ita in tormentis ſuſtinuerat, vt refert Grammat. voto ſecundo, de quo etiam mentionem facit idem Grammat. ſuper conſtitut. Regni, folio decimoquarto, numero 30.*[g] *Quam tamen practicam, vt ſcilicet ita confeſſus torqueatur, ego non laudo neque apud nos vnquam uidi illam obſeruari, prout etiam idem atteſtatur Boſſ. in loco præalleg. num.27. & ſeq.*[h] *Quod tamen intellige, vt procedat, quando contra reum non eſſet aliquod aliud legitimum indicium: aliàs ſequeretur, quod de facili reus ita confitendo homicidium poſſet euadere pœnam mortis, etiam quod ex alijs probationibus eſſet de ipſo homicidio conuictus, quod eſſet abſurdum. Item intellige, vt prædicta concluſio procedat, quando eodem contexu verborum reus confeſſus eſt occidiſſe ad ſui neceſſariam defenſionem: tunc enim poſſet pœna mitigari: ſed ſi prius confeſſus eſt explicitè occidiſſe, deinde (aliquo interiecto) addat, quòd illud fecit ad neceſſariam defenſionem, tunc ex tali confeſſione poteſt abſolutè condemnari ad mortem, ſi non probet qualitatem defenſionis. Et ita concludunt, & declarant communiter Doctor. vt dicit Boer. in d. deciſ. 164. numero 11. in fi.& numer.14. in fin.*[i] *Quam quidem qualitatẽ vtique poteſt reus in ſuis defenſionibus probare, etiã quod prius ſimpliciter confeſſus fuerit ſe illũ occidiſſe, vt dixi ſupra hoc eod. lib. §. Homicidium. verſic. Sed hic occurrit.*

17 *Cautius*[k] *igitur faciet reus, qui alium ad ſui defenſionem interfecit, ſi negauerit homicidium commiſiſſe, ſubijciendo,*[l] *Et ſi id feci, feci ad mei defenſionem, quæ quidem reſponſio admittitur, & pro pura negatiua habetur. Et hæc eſt communis opin. vt atteſtatur Boſſ. in tit. de confeſſis, numer.36. Et licet Grãm. ſuper conſt. Regni, fol. 13. num 9. dicat tutius eſſe, quod confiteatur cum illa qualitate, quia euitabit torturam, credo, quod in hoc decipiatur, & ipſemet in locis præallegatis, præſertim voto ſecundo narrat, quod ille Coſmus, qui ita confeſſus fuerat, fugit grauiter tortus. Sed pone,*[m] *quod reus velit confeſſionem à ſe ſponte factam reuocare, & probare contrarium, nunquid erit au-*

a *Iuxta doctrinam.*] Contrarium tenet Salic. in l.1. uerſi. quarto opponitur, Cod. de confeſſ. Alexand.conſi.87.uol 1. Hippol.conſ. 136. ubi dicit opin. contra Bart. eſſe æquiorem, Bald. in l. nec codicillos, uerſic. etiam quæro, C. de codicil. Angel. in l.1.§. ſi quis ſimpliciter, de uer.oblig. *Guiot.*

b *ff.de liber.lega.*] Vulpell. conſil.44. numer.5. *Roſ.*

c *Præſumptionẽ contra ſe.*] Adde Iaſ.in §.ſed iſte, numer.92.& in §.itẽ ſi quis, el 2.numer.21.ad fin. inſtit.de act. dixi ſup. ad q.25.uerſic.Torquentur etiam adde eundem Menochium dicto tract. de arbitr.iudic.libr.2.centur.1 caſu.93. à num. 36. cum ſeqq.& amplius per Marant. in ſuo Spec.par.6.act. quinto, ſub tit. & producuntur confeſſionnes, num.27.cum ſeqq.fol.mihi 343.cum Boerio tamen reprobato, ut hic ſenſiſſe uidetur parum ſibi coſtãs Menoch.eodem tract & lib.2.centur.1.caſu 95.ſub num.14. dum ait rectius ſenſiſſe Signarolum, Fulgoſium, & Boer. quem paulo ante in eodem caſu reprobauerat, ſi benè perpendatur; uide etiam Dec. in cap.cum uenerabilis, num.82. cum ſequenti, extra de excep. *Drogh.*

d *Forte poteſt.*] Vide alia per Vulpell.dict.conſ.44.num.6.

e *Ad pœnam mortis.*] Adde, quod idem etiam concludit Iacob. de San. Georg. in l. cum de indebito, num.4.5.& 6. ff. de probatio. ratione incertitudinis, & quia tunc iudex ferendo ſententiam ex præſumptionib. habet multum temperare illam & hoc bene menti tenendum eſſe dicit. Ad idem adde, atque vide per eundem Iacobinum in l. nec codicillos, ſub numer. 4. C. de codicil vbi etiã de modo, & practica formãdi articulos pro eo, quæ dicit ſe feciſſe gratia defenſionis ſuæ remiſſiuè habes. Adde etiam per Angel.de Aretio, in §.ius autem gentium, num. 4. Inſtit.de iure natu. Folle. in pract.crimin. cap.recipiantur defenſiones reorum, numer.11.& 12.& per Carrer. in pract. pag. 401. & 538. numer. 44. *Giacb.*

f *Abb.*] Adde ibi Felin.ſequitur Alexand.in l. non ſolum, §.ſciendum, & ibi Claud. ff. de noui oper. nunciat.Felin.in ca. ſignificaſti, il 2. de homicid.in cap.afferte, de præſumpt. & in cap. cum venerabilis, de except Hippol.ſing.185.Crau. conſ. 2.Guid.Pap.q.503. Alci. in l.1.§.ſi quis ſimpliciter numer.22.de verb. oblig. Dec.in d.cap. cum venerabilis. Contrarium tamen tenet Soc. in l.nõ vtique, ff.de except. *Guiot.*

g *Quam tamen practicam.*] Confeſſus ergo non debet torqueri, infr.q.64.verſic.veritas, immo aliquando nullis datis defenſionib.ſolet mandari exequutioni ad mortem per Senatum, infra q.92.verſic.ſcies tamen ibi, Confeſſus delictum; at inquantum hic dicitur, quod illa modificatio operatur, ne reus poſſit condemnari ad pœnam mortis ex mente Abbatis in dict. capit. auditis, quam latè defendit Dec. in capit. cum venerabilis, numer. 87. de except. adde, quod illud fortaſſe procedere poteſt, quia ſic modificando reddit intentionem dubiam modo, quo Crauet. conſ.6.ſub num. 127. Modum autem arguendi, vt ex contradictionib. concludatur in ambiguitatem, docuit Zeno, vt in vita Periclis ad principiũ retulit Plutarchus per hæc verba; Artem quandam dicendi, quæ ex contradictionibus in ambiguitatem concluderet, edocebat: vide in propoſito Octauianum Vulpellum conſil.criminali 4.num.5 qui ex mente Bald. in l. nec codicillis, C.de codicil. concludit, quod qui confitetur aliquem vulneraſſe, quidem, ſed ad eius defenſionem, magis negare uidetur, ex quo talis modus confitendi remouet culpam: quæ dixi ſupra ad §.homicid.verſ. ex propoſito vide tamen Capyc. deciſio.135. ſub numer. 18. verſicul. Ad quintam. Socratem autem ab Ariſtophane reprehenſum ob hanc artẽ dixit Comment. ad Danthem lib.4. Inferni, vide Cardinalem Tuſchũ nuper impreſſum lib. 2.concluſ.447. in verb. Dilemat. *Drogh.*

g *Quam tamen practicam.*] Farinac. ſupr. numer.137. *Roſ.*

Quam tamen practi-
46 *cam.*] Addde, quod † ita tenuit Ferrant. caut. 5. quod ita confitens non poſſit torqueri, in Boer.d. deciſ.164.numer.11. tenet contra eum, quod poſſit torqueri, quæ fuit opinio Bald.in l.1.C.de falſ. quam limitat.Grammat d vot.2. numer.12. idem tenet Bertaz. in conſil.449.numer. 2. quod poſſit torqueri, vt purè homicidium fateatur, & ſi torqueretur, & perſeueret in tortura, affirmando occidiſſe, vol occidi feciſſe ad ſui defenſionem; tunc tollit, & elidit illam præſumptionem, quæ erat contra eum, & debet penitus abſolui, & ita declarat Alciat. in l.1. §. ſi quis ſimpliciter, num.78. ff. de verbor.oblig.& Boer. d.deciſ.164.num.15.& deciſ.237. in fin. *Baiard.*

h *Quod tamen intellige.*] Farinac. ſup.numer.133.& 134. & 139. *Roſ.*

i *Quam quidem qualitatem.*] Farinac. ſupr.numero 122. *Roſ.*

K *Cautius igitur.*] Quomodo confiteri debet reus qui homicidium ſe defendendo commiſit, Farin. ſup.nu.142. *Roſ.*

47 *Cautius igitur.*] Adde, quod † idem tenet Lauren.Teni. in caut.28. vbi reddit rationem, quod ſi reus negat, non poteſt puniri, niſi conuincatur; ſi non negat, fiſcus ſtatim habet intentionem fundatam.

48 Item † adde, quòd huiuſmodi reſponſio eſſet admittenda, etiam ſi ſtatutum mandaret accuſationi ſimpliciter reſponderi, Bald.in l.1.ſub.numer.2.C.de edilit.actio.& Felin.in cap. præterea in princip.de offic.deleg. vbi dicit, quod iſta eſt veritas, licet idem Bald.& Angel. in l. manifeſtiſſimi, C.de furt. contrarium voluerint, & Bald. idem voluit in l.iubemus, C. de appell.& opin.Felin. ſequitur Bonacoſſa in quæſt. crim. in verb.reſponſio ſimplex, & idem tenet Boſſ. in tit. de confeſſ. num.30. *Baiard.*

l *Et ſi id feci.*] Adde, quod hæc rei tuta reſponſio poſſet forte adaptari reſponſioni, quæ fit poſitionibus, de quibus ſupra quæſt.45. verſic.ſed hic incidenter, quæſt.30.uerſicul. ſed quid dicendum, quæſt.53. verſicul.unum etiam, Felin.in cap. de cauſis coll.mihi 5. verſicul. præterea per ſimplicem, extr. de offic. deleg.adde Dec. in l. nemo ex his, num 1.ff de reg.iur.Dyn.in reg.exceptionem ad finem, de regul. iur. Iaſ. in §. ſi quis, el 2.num. 27. Inſtitut. de actio.his adde Marant. in ſuo Spec. part.6. act.5. principali, titulo, & producuntur confeſſiones, numer.27. cum ſeqq.Grammat. deciſ. 5. num.14. *Drogh.*

m *Sed pone, quod reus*) Adde de errore contra propriam confeſſionem probando in criminalibus, ſupra quæſtione 21. verſ. Confeſſio, inf.q.94. verſic. 1. ibi, & licet aliqui dixerint, & verſ. eſt etiam. ibi, Hanc autem admiſſionem. *Dorgh.*

Sed pone, quod reus.]
49 Adde, quod † confitens ſuam confeſſionem, incontinenti reuocare poteſt etiam non docto de errore, gl. in c.fi.in verb. iuſta cauſa. de iureiur. Iaſ.in l. error col.2 C. de iur.& fact. ignor. quòd
50 tamen procedit, † niſi fuiſſet redacta in ſcriptis; tunc enim non poſſet illã reuocare, niſi docto de errore, vt per Alexand in conſ.42 col.fi.et conſ.87.
51 vol.5.& ſimiliter, † quãdo couſtaret aliquem in vna parte confeſſionis iuratæ erraſſe nam de facili debet iudex credere, eum etiam in alia parte idem feciſſe, Cum.conſil.154. column. fin. & ſimililer
52 † cõfeſſio non acceptata poteſt reuocari non probato errore, quæ tamen quandocunq; acceptari poteſt, & ſi acceptata fuerit, poterit etiam renocari, ſed oportebit probare de errore, ita tradit Alciat. de præſumpt. regul. 3. preſumpt. 21. &
53 confeſſio reuocari poteſt etiam quod inquiſito † datus eſſet terminus ad reſpondendum, & deliberandum, Anton. de Butr. capit. fin. colum. 19. de confeſſ. Auguſt. de Arimin. ad Angel. in verb. comparent inquiſiti, dummodo in ſpecie ſpeſicet cauſam erroneam, cum non ſufficiat allegare erroneam
54 in genere, Curt. ſen. conſil.55. numer. 13. & † de modo probandi errorem, vide Adden. ad Bertaz. in conſil. 103. in littera c.

55 Item adde, quod † reus poteſt reuocare confeſſionem ſuã tanquã erroneam, etiamſi nõ reuocauerit in prima inſtantiu. Afflict. in conſt. ſuper inciſionibus, numer.27.fol.82. Capyc. deciſ.28.num.5.

56 Item † adde, quod pater confeſſionem filij etiam ſpurij reuocare poteſt, vt Bald. in l. vnica, colum.17.verſic. pone C. de confeſſ.

57 Item † adde, quòd confeſſio, etiam docto de errore poſt ſententiam reuocari non poteſt, niſi per viam reſtitutionis in integrum. Bellan.deciſ.693.ſed ad hoc, an, & quande confeſſio in criminalibus poſt ſententiam reuocari poſſit, uide omnino Bero.in conſil.201.numer.14 cum ſeq.vol.3.& etiam poſt
58 † executionem reuocatur, quo ad ea, quæ poſſint reuocari, ut ibi per eum. num.19.

59 Item † adde, quod confeſſio nedum incontinenti reuocari poterit, ſed etiam ex interuallo, puta in termino defenſorio, vt per Ang.de maleſ. in uerb.comparent inquiſiti, & qualiter pro eorum defenſiſione, Ancha.in conſi.24.& Sgnor.conſil. 155.numer.19. & non ſolum in cauſa, Angel.de maleſic. ubi ſupra, Marſil.in leg.1.§.fin.numer.93.de quæſt. & Gramm. in

noto

voto 10.num.23. licet Marſil.in ſua pract.in.§.ſequens quæſtio.num.14.& Bald.in l.error,C.de iur.& fact. ignor. tenuerint, quod poſt concluſum in cauſa non poſſint fieri probationes.

61 Item adde, quod † confeſſio reuocari poteſt, etiam quod iuramentum interuenerit, Marſil.in l.1.in §. fin. num 40.de quæſt. Bart.in l.error, C. de iur. & fact. ignor. Grammat. uot.10. numer.33.& Bero.in cōſil.201. numer.17. uol.3.

62 & ratio eſt, quia † nemo renunciare poteſt ſuis defenſionibus in criminalibus, Bald. in auth. Iubemus circa med. C. unde ui; quod uerum eſt niſi malitioſe fecerit, Pariſ. de ſyn. fol.342. & ſi non poſſet reuocari, an ſaltem

63 † poſſet excuſari, † declarari, uel interpretari, Marſil in l.1.§.fin.numer. 91. de quæſt.

64 Item adde, † quod ſi reuocatio confeſſionis calumnioſe fieret, non admitteretur, Bald. in l. à præcedente, C. de dilat. & Angel.de Arim.ad Angel.in verb.competent inquiſiti.

diendus? Reſpond. m *quod ſic, ſi velit docere confeſſionem ipſam fuiſſe erroneam, & errorem probare. Et hęc eſt communis opin. vt dicit Aret. in cap. cum delicti, in vltim. verbis de accuſat. quē refert Boſſ.in titul. de confeſſis, poſt numerum 60. & in titul.de defenſio reorum, numero 4. Dixi ſupra quæſt. 64. verſicul. Sin autem reus. Et dicit Boſſ.in titul. de confeſſis, numero 6. quod ita volunt omnes, adeo quod non ſufficeret († vt ipſe ait) velle probare per torturam. Bene poteſt reus ſe excuſare, & aliquid deducere contra propriā confeſſionem,* n *quod tamen poſſit ſimul ſtare cum ipſa confeſſione, non autem illam perimat, & prorſus eneruet,* o *& ita dicunt omnes, vt ait Boſſ. in tit. præallegato, de confeſſis, numer. 35. Reperio tamen, quod Salic. in l. fin. poſt numer.2.C.de probat.tenuit, quod indiſtinctè proſit reuocatio, & dicit Angel. de maleſic.in verbo, Comparent. & produxerunt inſtrumentū pacis numero primo, quod ita vidi practicari. Sed certè apud nos ſeruatur contrarium in confeſſione facta ſponte, vel ratificata extra tormenta:* p *nam illius nunquam admittitur reuocatio,* q *niſi probato errore.*

65 Item † adde, quod ſimiliter confeſſio facta ſub promiſſione gratiæ reuocari poterit, niſi in ea confitēs perſeuerauerit, Paris de Put. in tractat. de ſyndic. in verb. ſeruiendi quæſtio quotidiana, & Monticell.in ſua practic.crimin.regul.20. numer.9.

66 Item † adde, quod confeſſio facta ore proprio reuocari poteſt, non autem confeſſio facta per diſpoſitionem ſtatuti, diſponentis contumacem haberi pro confeſſo, Monticell. in ſua praxi crimin. in regul.20. limit 4. vbi latè quod confeſſio reuocari poſſit, & per Clarum ſupra in quæſt. 44. verſic. quæro nunc, & Cartar. de executione ſententiarum capit.3. numer.38.

67 Item † adde, quod reus confeſſionem ſuam interpretari poteſt, ita tamen quod eam non perimat, Natt. conſil. 412. num. 18. vol.2.

68 Item † adde, quod confeſſio etiam deliberata pretextu erroris reuocari poteſt, & hanc ſententiam tanquam æquiorem & magis communem, dicit amplectēdam eſſe, Gabriel.commun.concluſ.in t t.de confeſſ.concl.5. in fin.& an, & quando

69 † confeſſio facta in libello, poſitionib. exceptionibus, capitulis, & precibus reuocari poſſit, vide Maſcard.de probat.in concl.368.

70 Item † adde, quod confeſſio in dubio non præſumitur errore facta, ſed allegans illam eſſe erroneam, probare tenetur Bart.in l.non fatetur, ff.de confeſſ. & Crau.de antiq.temp.in 1.par.in ver propoſitum noſtrum, num 56. Corn. conſ.250. col.fin.vol.4. & Maſcard.de probat.concluſ.636. & quomo-

71 do cognoſcatur erronea, vide Bero. in conſil. 87. vol.2. & conſ.152. nu.8. cum ſequent. volum.3.& quomodo error. confeſſionis probetur, latè habetur per Maſca.de prob. concluſ.636.

72 Item adde, quod confeſſio geminata, & ſæpius iterata prætextu erroris, reuocari poteſt, Bald.quē ſequitur Alexand. in l. 1. C. de error. calcu. & eſt verior opinio, vt per Bero.in conſ. 201. num. 30. vol.3.

73 Item adde, † quod cōfeſſio, quę habet etiā legitimas probationes adiunctas, eſt irreuocabilis, etiā pretextu falſitatis, vel erroris, Bero. in dict. conſil.201. num.5. volum.3. *Baiard.*

m *Quod ſic.*] Adde idem de patre, qui poteſt reuocare confeſſionem iuratam filij de maleficio commiſſo, contrarij probando, ſiue patris interſit pecuniariter, ſiue ratione patriæ poteſtatis: quia pater, & filius ſunt duo quaſi in vna ſubſtantia per Bald in l.unica conſil.17. verſicul. pone, C. de conf. vbi verum eſſe etiam id putat, ſi de lite ſpurij agatur, quia communis eſt. *Giach.*

Quod ſic.] Far.vol.4.q.8 ſuæ praxi.c 9.n.315.& ſeq. *Roſ.*

n *Quod tamen ſimul poſſit ſtare.*] Far.vol.4.q.64.ſi confeſſionem eſt ſpes ſalutis, vt hic, ad infra q.64.verſ. ſin autem reus, q.65.verſ.1.ibi,& apud acta, & de dicto contra propria confeſſionem, infra q.64.verſ primo ibi, & licet aliqui, & eſt notatum ſupra. *Drogh.*

o *Et ita dicunt omnes.*] Cart de exec.ſent.c.3.nu.38. *Roſ.*

p *In confeſſione factā ſponte.*] Sup.quæſt.21.verſ ſed quid ſi reus. *Drogh.*

q *Niſi probato errore.*] Vide ad idem etiam ſup.quæſt.11. verſic.confeſſio extraiudicialis, vbi tamen notaui commune opinionem eſſe in contrarium. *Giach.*

Niſi probato errore.] Et quid è contra ſi primo negaſſet Vulp.reſp.93.& quod non poſſit dici periurus, idem reſponſ. 102.num.12.Far.q.46.2.vol.num 109.& hoc per teſtes,& nō per torturam, Far.q.81.de qua ſup.cap.9.num.1. *Roſ.*

QVÆSTIO LVI.

Quid ſi reus contendat ſe id, de quo imputatur, licitè facere potuiſſe.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Si reus probet ſe licitè facere potuiſſe id, de quo imputatur, eſt abſoluendus.*
2 *Puta ſi de iure permiſſa eſt illi leuis caſtigatio.*
3 *Et quid ſi probet illud aliquo loco, & tempore, licitè fieri potuiſſe, an id ſufficiat.*

Ex Additionibus.

1 *Caſtigans immoderate, quomodo puniatur.*
2 *Pater quando præſumatur verberare animo corrigendi.*
3 *Filio non licet verberare patrem eum percutientem.*
4 *Marito an liceat percutere vxorem baculo, remiſſiuè.*
5 *Maritus quando corrigat, remiſſiuè.*
6 *Filio licet corrigere famulum patris præſente patre.*
7 *Caſtigatio immoderata an præſumatur doloſa.*
8 *Caſtigans immoderatè tenetur pro exceſſu.*
9 *Magiſter poteſt caſtigare diſcipulos modeſtè.*
10 *Et quid debeat probare ad euitandum pœnam.*
11 *Birruarius, qui in Ciuitate Spoleti ſuffocauit captum, dum eū ducebat ad carceres, fuit p Auctore cōdemnatus ad furcas.*
12 *Corrigendi animus quomodo probetur,*
13 *Marito licet corrigere vxorem, etiam quod prius pręſtitiſſet cautionem de non offendendo eam.*
14 *Iudex ſupremus poteſt iudicare ſecundum conſcientiam, & poteſt quæ poteſt Princeps.*

AD-

ADDITIONES.
Ad Quæſt. LVI.

a 1 *Poteſt etiam poni.*] Adde † Menoch de arbitr. iudic. in caſu 364. vbi plenè de pœna excedentis caſtigationem moderatam.

2 Item adde, quod † pater præſumitur verbaſſe filiū cauſa correctionis, dummodo atrocitas pœnæ aliud non ſuadeat. Alciat.de præſump.regul.1.

3 præſumpt.3.nec † filio licet patrem, eum verberantem, percutere, Bartol.in l. ut uim, ff.de iuſt. & iur.

4 Item adde, † an liceat marito vxorē baculo percutere Alciat. de pręſūp. reg.3.nume. 3. & in qui-

5 bus † caſib. poſſit corrigere vxorē, habetur per Franc. Marc. deciſ. 762. par.2.

6 Item adde, quod † licet filio corrigere famulum, ſiue ancillam ad præſentiam patris, uel matris, quia præſumitur factum de eius mandato, Alexand. conſil. 75. hic allegato.

7 Item † adde, quod ille, qui poteſt moderatè corrigere, & caſtigare, ſi excedat modum in caſtigando, tenetur non tanquam doloſus, ſed culpoſus, niſi ex genere inſtrumenti præſumatur dolus, vt ſi percuſſit ferro, quia ex genere inſtrumēti pręſumitur animus, Bald. in l. ſed & ſi, §. ſi magiſter, ff. ad leg. Aquiliam, & Alexandr. in conſil. 75. numero ſexto, hic allegato.

8 Adde, quod † habens poteſtatem corrigendi, ſi modum excedit pro omnibus verberibus, non tenetur, ſed ſolum pro exceſſu, Bartol. in l. ſi adulterium cum inceſtu, §. Imperatoris, ff. de adulter. & ibi Angel. & not. Doctor. in capit. ſignificaſti, el 1. in gloſſ. fin de homic. & Alexand. in d. conſil. 75. numer. 4. hic allegato. *Baiard.*

QVÆST. LVI.

1 *Poteſt* a *etiam reus, qui id, de quo imputatur, confeſſus eſt commiſiſſe, allegare, quòd illud licitè facere potuit, puta, quia fortè ille, quem occidiſſet, fuiſſet bannitus, vel fur, vel adulter, in furto, vel adulterio deprehenſus: tales enim licet occidere, vt dixi ſupra hoc eod. lib. §. Homicidium, verſ. Vltima eſt, & alijs ſequent.*

2 *Poteſt etiam poni exemplū in ijs, quibus permiſſa eſt correctio, &* b *caſtigatio, puta, patris in filium, viri in vxorem, magiſtri in diſcipulum, & dominæ in ancillam, vt in caſu Alexand. conſ.75. lib.3. Et reperio, quod in facti contingentia fuit abſolutus per ſenatum quidam de Bonetis, qui filium ſuum interfecit illum corrigēdo, 7. Maij 1555. Merito quidem permittitur ex iuſta cauſa verberare vxorem, leuiter tamen: Et ita tenēt communiter omnes, vt dicit Alexand.conſil.155.numer.3.lib.5.* c *Quo verò ad magiſtrum, dic, quod illi permiſſa eſt leuis caſtigatio in diſcipulum, non autem immoderata. Ita colligitur ex tex. in l. item quæritur, §. ſi tutor, alias eſt, §. ſi Iulianus, ff. locati, & ita communiter tenetur, vt atteſtatur Anan.in rubr. de magiſtris, num.3.*

3 *Et in hoc propoſito nota, quod ad euitandam condemnationem, ita quod pro delicto quis puniri non poſſit, ſufficit probare tale quid, ex quo appareat illud ex aliqua cauſa potuiſſe licitè fieri, licet punctualiter non probetur, quod factum fuerit iure licito, ſecundum doctrinam Bartol.in l. non ſolum, §. ſed vt probari, numer. 1. ff. de no. oper. nunc.cum qua Doctores videntur communiter ſine additione tranſire, vt dicit Alexand. in eo. §. ſed vt probari, quem legit cum §. ſciendum, numer. 2. quem refert Grammat. conſil. 67. poſt numer.8. Illam etiam doctrinam dicit eße communiter approbatam Iaſ.in dict. §. ſciendum, poſt numer.7. Auguſt. ad Angel. de maleſic. in verbo, de anno præſenti, poſt numer.5. Et ait Dec.in capit. in præſentia, numer.52 de probat. quod totus mundus illam ſequitur, quem refert Neuizan in ſylua nuptiali, folio 12. colum.2. verſicul. Vigeſimus primus principalis, Rimin.conſil.44. poſt numer.4. Bertrand.conſ.290. numer.4. lib.3. in prima parte, Tortus inter conſilia Ant. de Butr. conſil. vlt. numero 7. Anton. Gomeſ. ſuper leg. 80. Tauri, numer. 57. Berous in capitul. in præſentia, numer. 133. de probat. Nam vbicunque aliquid eſt prohibitum, et punibile certo, & limitato loco, vel certo, & limitato tempore, oportet, quod accuſator præciſè probet reum illud feciſſe in illo tempore, vel loco prohibito: alias præſumitur factum loco, & tempore licito, vt per Bartol. & alios in locis præallegatis. Et ex hoc infert Bartol. ibi quod ſi accuſator probet, quod accuſatus vulnerauit Titium de menſe Nouemb. & accuſatus probet, quod de menſe Nouēbris Titius eſſet bannitus, etiā ſi non appareret, quod Titius fuerit bannitus, antequam accuſatus illum vulnerauit,*

b *Caſtigatio.*] Adde, caſtigatio quę conceſſa ſit ſuperiori in inferiorem, & de pœna excedentis moderatam caſtigationem per Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. libro 1. centur. 4. caſ. 364. *Giach.*

b *Caſtigatio.*] De corrigente, Farinac. quæſt. 105. inſpect numer.138.139.140.& 144 & 146.& q.175.par.1.num.102.& 108. Farinac. q.105. d. inſpect. numer. 134.& q.125. par. 1 numer.107.& 111. *Roſ.*

9 c *Quo vero ad magiſtrum.*] Adde, quod ideo † magiſter Fantinus in Padua, magiſter in gramatica, fuit decapitatus, ut refert Salycet.in d.l. Item quæritur, in §.item Iulianus, ff. locat.ex cuius percuſſionibus puer obijt, & quid pro-

10 bare † debeat magiſter ad euitandam pœnam, Ioan.de Anan. in cap.presbyterum, num 6.de homicid.& dicit Bald.in l.ſed & ſi, §.ſi magiſter, ff. ad leg. Aquil. quod ſi magiſter exceſſit modum tenetur non tanquam, doloſus, ſed tanquam culpabilis; niſi ex genere inſtrumenti præſumatur dolus. Et ego

11 dum † eram Gubernator Illuſtriſſ. Ciuitatis Spoleti prima vice de anno 1569. ſedente Pio Quinto, Pontif. Opt. Max. per hanc doctrinam Salyceti condemnaui ad mortem vnum birruarium, qui quendam iuuenem nobilem de Graſſis ob delationem armorum à Curia captum, ut illum magis tutè ad carceres duceret, laqueo ad eius collū poſito, ſuffocauit, & birruarius fuit propterea furcis ſuſpenſus. Et ſuper hac concluſione, quando dicatur moderata correctio, ſecundum qualitatē perſonarum, loci, temporis, & inſtrumentorū, quibus fit correctio, & quomodo probetur, † qđ

12 animo corrigendi, & quibus pęnis pro exceſſu puniatur, uide Marian. Socin in cap. ad audientiam numer. 5. cum ſeq. de homicid.

13 Item adde, quod † correctio maritalis eſt permiſſa marito, etiam quod prius præſtitiſſet propter ſæuitiam ſuam cautionē de non offendendo eam, Abb. in cap. quemadmodum de iureiur. & Pariſ. in conſ. 54. num. 34. uol. 4. *Baiard.*

d *Et in hoc propoſito.*]

14 Adde, † quod doctrina Bart. forſan non haberet locum in ſupremis iudicibus, vt eſt ſacrum Conſilium Neap. Senatus Mediolani, & ſimiles magiſtratus, qui poſſunt iudicare ſecundum eorum cōſcientiam, quia habent liberum arbitriū, & poſſunt, quæ poteſt Princeps, ſecundū Guid.Pap. deciſ.29. & Roland. conſil.70. numer.22 uol. 1. eo maxime ſi actor, ſiue offenſus eſſet uir probus, & reus malæ conditionis, & famæ, ut in ſimili habetur per Menoc. de arbitr. iud. caſu 98. numer.10. quando plus credatur probationibus rei, uel actoris. *Baiard.*

e *Quod de menſe Nouembris.*] Adde, quod hic eſt caſus contra l.non hoc, C.unde legit. uidelicet, non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, uide ſupra q. 12. uerſ. ſed quid ſi accuſator: & hic adde, quæ dixi in propoſito in Conſilio per me producto Excelſo Conſilio Placentię in cauſa Baptiſtæ Ca-

pelli